



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 1. Qui dicantur Tutores & quinam esse possint

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

## Articulus Tertius.

### *De Reverentia Filiorum ad Parentes.*

I. **T**Ribus fere modis peccari solet contra Reverentiam debitam Parentibus: Nimirum verbo, signo, defectu, verbis irreverentiam faciunt, qui durioribus, asperis, inurbanis, risibus, jocis, eos sive in præsentia sive foris excipiunt. Signo irreverentiam faciunt, qui subsannationibus, gesticulationibus, simulatis actibus, illis illudunt etiam absentibus. Defectu censentur irreverentiam causare: qui eis juxta patriæ morem non assurgunt, locum non cedunt, caput non discooperiunt, non salutant, &c.

## TITVLVS XVIII.

### *De Tutoribus.*

#### Articulus Primus.

*Qui dicantur Tutores & quinam esse possint.*

I. **T**utores dicuntur, qui impuberes aut Orphanos parentibus deficientibus,

bus, juxta legum dispositionem, tam in personis, quam in bonis tuentur, assignantur vero triplices: Primi dicuntur testamentarij, qui per testamentum paternum prolibus constituti sunt. Secundi vocantur legitimi: qui testamento deficiente legum decreto sunt assignati, & hi ordinarie propinquiores in parentela sunt. Tertij appellantur dativi: qui ubi nec per testamentum nec per legem provisum est, utpote quod inter consanguineos nullus idoneus reperiatur, à Judice singulariter pupillis impuberibus dantur. Alij etiam sunt tutores Honorarij: qui realiter tutelam non gerunt, sed ratione honoris & potestatis, gerentibus tutelam realem adjuncti sunt, ut sua auctoritate illos in defensione adjuvent, & tutoribus actualibus, eorumque actionibus circa pupillos invigilent.

2. Nullus vero potest esse tutor qui quovis defectu tutelam administrare & per se gerere non potest. Quia ille censetur ad finem, ad quem tutela instituta est, inneptus: unde infirmitate continua laborantes,

in-  
an-  
ta-  
um  
an-  
le-  
rie  
rtij  
sta-  
ut-  
llus  
iter  
iam  
te-  
po-  
un-  
tio-  
eo-  
vi-  
qui  
&  
se-  
est,  
no-  
es,

frantes, surdi, cæci, muti, & hujusmodi à tu-  
tela repelluntur. Hac etiam ratione mu-  
lier à tutela repellitur; excipiuntur tamen  
Mater & avia, si per testamentum consti-  
tuantur, vel expressæ tutrices & admini-  
stratrices relinquuntur: quia ob affectum  
& amorem ad filios, illorum curam singu-  
larem habituræ creduntur. Mater vero ad  
secundas nuptias procedens tenetur tute-  
lam deserere, quam tum in detrimentum  
pupillorum habitura præsumitur. Omnes  
autem qui ad tutelam fideliter admini-  
strandam sunt capaces non tantum tutores  
esse possunt, sed etiam tutelam, secundum  
præscripta legum sibi demandatam assu-  
mere tenentur, quia in bonum publicum  
ita constitutum est.

## Articulus Secundus.

### *De obligationibus Tutorum.*

1. **T**enentur pupillorum moribus & in-  
& instructioni invigilare, sunt enim pu-  
pilli illorum curæ dati, ut tanquam Patres  
sive patris loco illorum curam gerant.

2. Tenentur fideliter & paterno affectu